



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Pati est Hominis Inevitabile Fatum**

**Neissen, Johann Adolph**

**Coloniæ Agrippinæ, 1721**

Agmen Peccatorum in Cruce resipiscentium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49134](#)

[ 160 ]

# AGMEN PECATO- RUM

In Cruce

## RESIPIS CENTIUM.

**Q**uemadmodum placet divinæ Pro-  
videntiæ , adversitatibus exercere  
Justos , ut omnis fragilitatis humanæ  
nævus ab eis sustollatur ; atque eò con-  
formiores patienti Dominino redditi , ad  
majus præmium in cœlis consequen-  
dum , gratiösè disponantur : ita Salu-  
tares adversitatum plagas , infligit Pec-  
catoribus ; ut potius in hac vita leves ac  
breves , quam in alterâ graviores &  
longas , delictorum admisiorum poenas  
exsolvant ; Deumque quem peccando  
insanè deseruerant , mox Sanctè pœni-  
tendo , festinent requirere . Psalmus 88.  
Si justicias meas profanaverint , & man-  
data mea non custodierint , visitabo  
in virga iniquitates eorum . Et Leviticus  
26. quod si non audieritis me , nec fece-  
ritis omnia mandata mea , sed spreveri-  
tis

tis leges meas ; ego quoque hoc faciam  
vobis: visitabo vos velociter in egestate  
& ardore : addam correptiones & pla-  
gas vestras usque in septuplum propter  
peccata vestra tunc orabunt pro ini-  
quitatibus suis , & rogabunt pro pecca-  
tis suis , eò quòd objecerint judicia mea,  
& leges meas despicerint. Non abe-  
rit ergo à peccatoribus tribulatio ; ma-  
nebit illos fatum inevitabile, Pati. Sed  
heu ! quam imprudens ac damnosus  
est peccatorum quorumcunque merca-  
tus ! qui simplicem illam, quam suâ pec-  
candi libidine conducunt illecebrosam  
labem , septemfluo expiationis allapsu,  
tenebuntur diluere. Prudentes inte-  
rim & ter fortunati , quod in ejusmodi  
afflictionibus sibi immisis , paternam  
corripientis Dei manum agnoscentes ,  
eam ab iniuitate suâ aversi , hu-  
millimè exosculentur, ducem-  
que ad justitiae salutisque  
semitam, pœnitentes  
sequantur.